

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins  
Zentralschweiz

**Band:** 61 (1906)

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1

**Kapitel:** Urkunde Nr. 150 bis 159

**Autor:** Liebenau, Theodor von

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

**Download PDF:** 18.10.2024

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## Nr. 148.

1278, 5. März, Rom.

Papst Nikolaus III. beauftragt den Propst von Embrach mit dem Untersuch der Klage von Propst und Kapitel von Beromünster gegen Werner, Rektor der Kirche von Emmen und die Herren von Kienberg wegen Eingriffen in ihre Zehntrechte und Besitzungen.

Vgl. unter 1278, 14 Juli N. 150.

## Nr. 149.

1278, 3. Mai, Wien.

Rudolf, römischer König, weist mit Zustimmung seiner Söhne der Tochter König Eduards von England, Johanna, der Verlobten seines Sohnes Hartmann, Grafen von Habsburg und Kyburg, Landgrafen von Elsaß, 1000 Mark jährlicher Einkünfte als Wittum an und 10,000 Mark auf verschiedene Güter und Rechte im Aargau, unter anderm auf die Vogtei Beromünster (*advocatum Beronensem*) den Hof Art (*curiam Arte*) u. s. w.

Orig. in London, Tower.

Gedruckt bei Rymer, *Foedera anglicana*, Hag; 1739, 171; London 1816, 1, 555, daraus im *Geschichtsfreund* 29, 335.

Kopp, *Geschichte der eidgen. Bünde* I, 207—208.

E. M. v. Lichnowsky, *Geschichte des Hauses Habsburg* I. 471—472.

Graf Hartmann von Kyburg ertrank am 21. Dezember 1281, kurz vor der projektierten Heirat. Pauli, die ältesten Beziehungen des Hauses Habsburg zu England. *Allgemeine Monatsschrift für Wissenschaft und Literatur*. Braunschweig 1854 p. 565, 569.

## Nr. 150.

1278, 14. Juli

Propst Hugo von Embrach notifiziert den Leutpriestern und Vize-Leutpriestern in Aarau und Kienberg seine Ernennung

zum Untersuchungsrichter durch Papst Nikolaus III. vom 5. März 1278 im Streite zwischen Propst und Capitel von Münster und den Herren von Kienberg und läßt letztere auf den 31. August nach Zürich zitieren.<sup>1)</sup>

Hugo prepositus Ymbriacensis, iudex a sede apostolica delegatus, dilectis in Christo plebanis seu viceplebanis in Arowa et | in Kienberg salutem in domino. Noveritis nos litteras apostolicas recepisse in hec verba: Nicolaus episcopus servus servorum dei | dilecto filio . . . preposito Ymbriacensi Constantiensis dioceseos salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis . . . prepositus | et Capitulum ecclesie Beronensis, quod Wer. Rector Ecclesie in Emmun, Hart. | dictus de Kienberg, clericus, Hart. frater eiusdem clerici, Ja. et H. de Kienberg milites, Constantiensis et Basiliensis dioceseos, super decimis certis debitis | possessionibus et rebus aliis ad ecclesiam Beronensem spectantibus iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni tue per | apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis, audias causam, et appellatione remota, debito fine decidas, | faciens quod decerneris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, | odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. | Datum Rome apud Sanctum Petrum, III Nonas Martii, pontificatus nostri anno primo. Huius igitur auctoritate | mandati vobis precipiendo mandamus, quatenus predictos Wer. Hart. et Hart., Ja. et H. citetis peremptorie | coram nobis in chorum Turicensis prepositure proxima feria IV post Bartholomei queremonie predictorum . . . prepositi et | Capituli Ecclesie Beronensis finaliter responsuros. Datum Turegi Crastino Margarete, indictione VI.<sup>2)</sup>

Gedruckt im Geschichtsfreund 42, pag. 215, N. 1.

<sup>1)</sup> Die Akten über diesen Prozess wurden zuerst vollständig veröffentlicht durch hochw. Herrn M. Estermann im Geschichtsfreund B. 42, p. 215 u. ff.

<sup>2)</sup> Diese Nummer 1 des Klagerodels ist durch Dr. Th. v. Liebenau im Urkundenbuch der Stadt Aarau Seite 341 zum Abdruck gebracht worden. —

## Nr. 151.

1278, 31. August, Zürich.

Propst Hugo von Embrach beauftragt den Dekan von Kilchberg mit der Publikation des Bannes gegen die Herren von Kienberg wegen Nichterscheinen im Rechtsstreit mit Münster.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex unicus a sede apostolica delegatus . . Decano in Kilchberg salutem in domino. | Quia Hart. et Ja. dicti de Kienberg citati coram nobis in ambitum prepositure Turicensis proxima feria IV. post | Bartholomei non venerunt nec pro se aliquem responsalem miserunt, Honorabilibus in Christo preposito et | Capitulo Ecclesie Beronensis compatentibus, ipsos propter huiusmodi contumaciam, iusticia exigente, excommunicamus. Quare | vobis, auctoritate nobis iniuncta districte precipiendo mandamus, quatenus eisdem excommunicatos a nobis publicetis | et evitetis ac faciatis ab aliis arctius evitari. Datum Turegi die predicto Indictione. VI.

Gedruckt im Geschichtsfreund 42, p. 216—217. Urk. N. 2.

## Nr. 152.

1278, 3. Oktober, Oberkirch.

Dietrich von Hallwil, Propst zu Münster, entscheidet den Streit zwischen Dekan Diethelm in Oberkirch und dem Kloster Rathausen wegen einer Hofstatt in Oberkirch. Siegler: Der Propst.

Zeuge u. a.: Hugo, Pfründer in Münster.

Deutsche Urkunde, sehr schön geschrieben.

Geschichtsfreund II., 67—68.

## Nr. 153.

1278, 10. Oktober.

Herr Wernher von Wolhusen, Domherr von Münster, besiegelt eine Erklärung des Peter von Sigerswil betreffend

die Vogteirechte über das Gut der Chorrherren von Zofingen in Sigerswil. Archiv St. Paul in Kärnthen.

R. Thomen, Urkunden I., 56.

### Nr. 154.

1278, 25. Oktober, Zürich.

Magister von Roßberg, Chorrherr von Zürich, eröffnet dem Herren H. von Kienberg die Klage von Propst und Capitel von Münster, auf welche am 28. November Antwort gegeben werden soll.

Interponunt in iure coram vobis magistro H. de Rosseberch Canonico Turicensi Judici a domino | preposito Ymbriacensi Judice Sedis apostolice delegato Subdelegato . . prepositus et Capitulum Ecclesie Beronensis | quod H. dictus de Chyenberch Miles servos ipsorum in villa Chüttingen Talliis | et exactionibus indebitis gravaverunt (sic) gravavit et adhuc gravare presumit, Silvam | etiam ipsorum ibidem sitam et duas Scoposas pertinentes ad curtem ipsorum in | Chüttingen enormiter devastavit, compellitque et compulit servos ipsorum, quod | extra consortium ipsorum nubant in eorum preiudicium et gravamen. Item quod sex boves | ipsorum contra iusticiam sibi usurpavit, quas iniurias, violentias et dampna estimant ad centum et decem libras, quo circa petunt dicti prepositus et capitulum | evndem de Chienberch sibi in dictis centum et decem libris et restitutione boum | per nos finaliter condemnari et per censuram ecclesiasticam a futura ipsorum inquietatione | sepe dictum militem se moveri, salvo sibi iuris beneficio super omnibus prenotatis | protestationes etiam expensas factas et faciendas in lite. Huic libello Responderi debet | feria secunda ante festum Andree Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXVIII<sup>o</sup>. Datum Thuregi | in ambitu prepositure Thuricensis feria tertia post octavam Galli continuata in crastinum | diem videlicet feriam quartam hora prime Anno et Indictione prenotatis.

Gedruckt im Geschichtsfreund 42, pag, 229 der Urk. N. 9.

Stiftsarchiv Münster. Fasc. 40 No. 9

Die Urkunden N. 154, 150—159, 165, 167—179 und 181 wurde collationiert durch Herrn Dr. J. L. Brandstetter.

### Nr. 155.

1278, 27. November.

Propst Hugo von Embrach bezeichnet Mag. H. von Roßberg als Stellvertreter in Untersuchungssache zwischen dem Stift Münster und Heinrich von Kienberg.

Hugo prepositus Ymbriacensis, Iudex vnicus a Sede apostolica delegatus, vobis Magiftris | G. de Roffeberch Canonico Thuricensi, Causam que inter Honorandos in Christo Prepositum et Capitulum | Ecclesie Beronensis, Constantiensis dyocesis ex vna, et Heinricum Militem dictum | de Chienberch vertitur ex parte altera, in termino prefixo videlicet feria secunda ante Andree | ad respondendum libello eidem Militi porrecto presentibus quantum ad | terminum predictum et eius continuationem Subdelegamus, cum aliis negociis prepediti | cause tunc intercedere non possimus. Datum Thuregi, Craftino Chonradi. Indict. VII Anno domini M. CC. Lxx — VIII.<sup>1)</sup>

### Nr. 156.

1279, 13. Februar, Münster.

Vereinigung der St. Peter- und Katharina-Pfründe durch Propst Dietrich von Hallwyl und Chorherr Hugo von Jegisdorf.

In Nomine Domini amen. Que pro Diuini cultus aumento deliberatione prouida statuuntur, debent a cunctis fidelibus inuolabiliter custodiri. Sciant igitur vniuersi presentes et futuri, quod Nos, videlicet T. de Hallewile, Prepositus Ecclesie Beronensis, | Nec non et H. dictus de Jegisdorf, prespiter et Canonicus eiusdem Ecclesie, de duabus beneficiis in dicta ecclesia Beronensi, ad nostram collationem | de Jure speciali

<sup>1)</sup> Vgl. über diesen Streit J. E. Kopp, Gesch. d. eidg. Bünde, II. 1. 491.

pertinentibus, Scilicet de Capella Sancti Petri, cuius collatio michi iam dicto preposito ratione Prepositure Beronensis, cui capella | eadem annexa fore dinoscitur ab antiquo, et de ara beate Katherine virginis, in qua vero mihi prefato H. de Jegistorf, ratione | foundationis, nec non et Dotationis merum jus competit conferendi, propter tenuitatem reddituum eorundem beneficiorum, quippe cum | non potuerint commode vel salubriter sub duobus prespiteris ordinari, ad exequendum in vtroque diuinum officium competenter, de consensu | amborum nostrorum vnanimi. Nec non et consensu nostri capituli accedente, talem facere decreuimus, immo et fecimus vnionem | Quod videlicet ambo premissa beneficia sine lesione status vtriusque illorum ad inuicem cuncta, vni prespitero in loco personalem residen- | ciam facienti, ex nunc in antea canonicè conferantur, michi predicto H. de Jegistorf potestate conferendi retenta pro tempore vite mee | dumtaxat. Ex tunc ad prepositum Beronensem, qui pro tempore fuerit, transitura totaliter huius potestate. Si etiam quod communi priuilegio prebendariorum ecclesie Beronensis gaudere debeat aliorum, quicumque presbiter in eisdem canonicè fuerit institutus. Cvm autem ex alicuius | cessione vel decessione dicta beneficia vacare contigerit persone, sicut premissum est, ydonee, infra vnius mensis spacium a pre- | lato, qui tunc pro tempore fuerit, conferantur. Quod si forte, quod absit, dictus prepositus, postquam ad eum huius collatio fuerit deuoluta, infra tempus | predictum, vti suo Jure neglexerit, ex tunc priuatum Jure conferendi se nouerit illa vice. Et ad canonicos in loco residentes ipsa collatio deuoluetur, | In cuius rei testimonium Nos prefati, videlicet prepositus et Capitulum Ecclesie Beronensis nostra Sigilla presenti carte duximus appendenda. Acta sunt | Berone anno Domini M.<sup>o</sup> CC<sup>o</sup>LXXVIII<sup>o</sup>. Idus Februarii.

Die Siegel von Propst und Capitel hangen.

Copie im roten Jahrbuch, im Liber Erni fol. 19 und im Liber crinitus fol. 33 mit irriger Jahrzahl 1278; hienach der Druck im Geschichtsfreund X, 28—29.



Uebersetzung, mit irrigem Datum, bei Riedweg, Stift Münster pag. 223—224. — Vgl. Kopp, Gesch. d. eidgen Bünde II, 1, 479.

### Nr. 157.

1279, 5. Juni, Bremgarten.

Vertrag zwischen der Familie des Schultheißen Burkard von Barfel in Bremgarten und dem Kloster Muri wegen Gütern in Waltiswil.

Mit den Grafen Albrecht und Hartmann von Habsburg siegelt honorabilis R. (? D) prepositus Beronenfis.

Archiv Muri. Herrgott, Mon. Habsburg II, 487—488 und Kurz und Weissenbach, Beiträge 1, 21—24 lesen R.

Kopp Vindiciae Act Murensium 227 — 281 und Quellen zur Schweizergeschichte II, 130—133 lesen D. prepositus.

### Nr. 158.

1279, 19. Juli, Konstanz.

Bischof Rudolf von Konstanz bestätigt die Kapitelsstatuten vom 16. März 1274.

R. dei gratia Constantiensis episcopus. Omnibus presentium inspectoribus. Salutem in domino. | Nouerint vniuersi, quod cum dilecti in Christo — — prepositus et Capitulum ecclesie Beronenfis | ftatuerint quod singulis diebus cuilibet prebendariorum ad altaria in ipsorum ecclesia | ad laudem diuini nominis constructa seu construenda, ministrantium detur dimidius staucus vini, nec non circa eisdem prebendarios, quosdam alias constitutiones | nes seu ordinationes fecerint, sicut in litteris ipsorum super hoc confectis plenius continetur Nos eorundem prepositi et capituli precibus annuentes prefatas | constitutiones seu ordinationes, prout iuste et rationabiliter facte sunt, ratas | et gratas habentes, eisdem auctoritate ordinaria presentibus in domino confirmamus. | In cuius rei testimonium presentes litteras prefatis preposito et capitulo concessimus | sigilli nostri robore communitas. Datum Constantie, anno domini M.<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXIX.<sup>o</sup> | XIII. Kalendas Augusti.



Das bischöfliche Siegel hängt.

Copie im Liber crinitus fol. 32, b. und 53 b.

Vidimus des Notars Meister Johann Has von Bremgarten vom 29. Juli 1413.

Deutsche Uebersetzung von Johann Schilling, kaiserlicher Notar in Luzern, circa 1480.

Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, 1, 486.

### Nr. 159.

1279, 1. August, Zürich.

Propst Hugo von Embrach beauftragt den Leutpriester von Kienberg die Aufhebung vom Bann und Interdikt über Jakob von Kienberg zu verkünden.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus plebano sev viceplebano in Kienberg salutem in domino. | Cum Ja. Miles dictus de Kienberg a nobis pro contumacia ad instantiam Honorabilium in Christo Prepositi et Capituli Ecclesie | Beronensis excommunicationis in se ipsum et interdicti in familiam, colonos et inquilinos ac inhibitionis ne quis sibi | furno, foro, molendino vel quavis alia communione participaret, sentenciis innodatus, iuratoria prestita cau- | tione coram nobis proxima feria sexta post Exaltationem sancte Crucis promiserit stare iuri, tibi auctoritate nobis tradita, man | damus quatenus ipsum quem a predictis sentenciis absolvimus, publice denuncies absolutum. Iniungamus eidem prout et nos tibi iniunximus, | quod parti adverse terminum notifices prenotatum. Datum Turegi Calendis augusti Indictione VII.

Gedruckt im Geschichtsfreund XLII, 217, Urk. N. 3.

### Nr. 160.

1279, 15. September, Zürich.

Propst Hugo von Embrach verschiebt zur Erzielung eines gütlichen Vergleichs den Rechtstag im Streite zwischen Münster und Ritter Jakob von Kienberg auf 4. Oktober.

Hugo prepositus Ymbriacensis Judex a sede apostolica delegatus et cetera . . Die prefixa coram nobis in Choro Turi-